Ich habe mit vielem Eifer dem Ursprung der innern Venen des Gehirns nachgespührt, und dieses um so viel mehr, da die Schriften auch der besten Zergliederer eben nicht viel Licht über diese Sache ausbreiten. Es ist kein anderes Mittel die Venen von den Arterien des Gehirns zu unterscheiden, als die Venen mit einem zu solcher sehr feinen Einspritzung sehr geschickten flüssigen Wesen, welches mit einer lebhaften Farbe gefärbet ist, eher anzufüllen, als die Arterien, die alsdenn



terias implere, et tunc has etiam materia fluida alio autem colore tincta, explere. Haec methodus quidem vasa cerebrialia implendi molestissima et pretiosissima est, quia tot valvulae venarum capitis faciunt ut vel nihil materiae injectae vel modo paullum in internam substantiam cerebri penetret et ideo venae cerebrales paucae videndae sint, aut quod adhuc infeliciter est, subtilissimae venae rumpantur, si majorem vim, quam fieri debet, impendimus, ad fluidum illud in eas premendum. Si hoc non facimus, et arterias prius implemus, tunc facillime, praecipue si bonam materiam adhibemus et in injiciendo vasa magnam habuimus exercitationem, in venas penetrat impeditque ne duo genera vasorum uno eodemque colore tincta, scilicet arterias a venis distinguamus.

§. 53.

Quod si ergo post mortem substantiam cerebri medullarem cultro acutissimo percindimus, tum in superficiebus transscissis puncta prodeunt rubra, quae secundum modum, quo homo mortuus est, modo majora, modo minora, et verae guttulae
fan-

mit einem flüssigen Wesen von anderer Farbe gleichfalls ausgesprizet werden müssen. Freilich ist diese Art die Gefäße des Gehirns auszusprizen höchst beschwerlich und zum Theil kostbar, da die häufigen Klappen der Venen des Kopfs hindern, daß von dem eingesprizten Wesen entweder gar nichts, oder nur etwas wenig in das innere des Gehirns dringt, und daher nur wenige Venen des Gehirns sichtbar macht, oder, welches noch unglücklicher abläuft, die feinen Venen zerreißen, wenn man etwas mehr Gewalt, als man sollte, anwendet, die flüssige Masse in dieselben einzutreiben. Unterläßt man diese Vorsicht und sprizet die Arterien zuerst aus, so gehet auf die leichteste Art, besonders wenn man eine geschickte Einsprizungsmasse wählet und übrigens im Einsprizen Uebung genug besizet, die eingesprizte Masse in die Venen über, und hindert uns folglich, da beyde Arten der Gefäße mit eben derselben gleichgefärbten Masse angefüllet sind, die Arterien von den Venen gehörig von einander zu unterscheiden.

§. 53.

Wenn man nach dem Tode die markfigte Substanz des Gehirns mit einem sehr scharfen Messer durchschneidet, so zeigen sich an den durchschnittenen Flächen röthliche Punkte, die nach den verschiedenen Todesarten woran der Mensch gestorben, bald größer bald kleiner sind und wirkliche kleine Blutstropfen sind. Die

sanguinis sunt. Veterrimi, novissimique Anatomici credunt, haec esse guttas sanguinis, ex finibus venarum et arteriarum transscissarum manantes. Attamen me multa, eaque feliciter instituta experimenta, convicerunt, haec minime esse arterias, sed tantum venas, ex quibus substantia medullari transscissa sanguis fluit.


§. 54.

Venarum internarum cerebri duo sunt genera. Primum horum oritur immediate ex substantia medullari, continuoque se in sinus durae matris fundit. Secundum quidem ut prius, per subtilissimos canales, jam in substantia medullari cerebri, ab arteriis suam trahit originem; attamen in progressu illum singularem componit plexum, qui choroïdeus appellatur, ex quo majores nascuntur venae, in sinus durae matris sese effundentes. Re autem exactissime judicata, videbimus unum tantum adesse plexum choroïdeum, in duobus ventriculis anterioribus sese extendentem, et usque ad ventriculum tertium descendentem. Haec ergo etiam est causa, quare ille in tres dividatur plexus, nempe in duos, in ante-

Die allerältesten und die allerneuesten Zergliederer, sind alle der Meinung, es wären dieses Blutstropfen die durch die durchgeschnittene Enden der Venen und Arterien fließen. Durch viele glücklich angestellte Versuche habe ich mich nunmehr überzeugt, daß es bloße Venen sind und gar keine Arterien, die wenn die markigte Substanz durchschnitten wird, ihr Blut austräufeln lassen.

§. 54.

Die innere Venen des Gehirns sind von zweyfacher Art. Die erste sind diejenigen, welche unmittelbar aus der markigten Substanz entstehen, und sich gleich in die Blutbehälter der harten Hirnhaut eröffnen. Die zweyte Gattung sind diejenigen, die zwar, wie die vorhergehende, durch höchst feine Röhrchen schon in der markigten Substanz des Gehirns von den Arterien den Ursprung nehmen, aber im Fortgang ein besondres Geflechte machen, welches man das schwärzliche Adergewebe nennt, aus welchem größere Venen zusammen gesetzt werden, die sich in einem Blutbehälter der harten Hirnhaut eröffnen. Im strengsten Verstande genommen ist nur ein einziges solches schwärzliches Adergewebe das sich in den beyden vordern Hölen des Gehirns ausdehnet, und bis in die dritte Höle des Gehirns herunter steigt. Aus dieser Ursache wird dieses Gewebe in drey Gewebe eingetheilet, nemlich in zwey Gewebe



anterioribus ventriculis positos, et in tertium, seu plexum choroïdeum imparē, in ventriculo tertio se extendentem. Ex hoc plexu venosus oritur, ut notum est, magna illa vena Galeni, quae in torcular Herophilii suum fundit sanguinem.

§. 55.

Dura mater est membrana, quae cerebro usum quam maxime varium praebet. Perscrutationes meas de dura matre factas, illis circumscribam limitibus, ut tantum venas et sinus illius contempler. Illustris Albinus nobis reliquit delineationem durae matris; pulchra equidem est, attamen non id, quod potuit et debuit, praestitit. Magnam illa repraesentat copiam vasorum sine origine et distinctione inter arterias et venas; quamobrem offero Academiae regiae scientiarum delineationem durae matris, cum omnibus sinibus, et venis, absque arteriis, et spero eam unicam et pulcherrimam in suo genere, me iudice, fore. Hanc delineationem non eum in finem propono, ut me ostentem: minime gentium; ad meliora ea nos ducat, oportet.

§. 56.

webe die in den vordern Höhlen des Gehirns liegen, und in ein ungleiches oder drittes schwärzliches Adergewebe das in der dritten Höhle des Gehirns sich ausdehnet. Bekannter maßen entstehet aus diesem Adergewebe die große Vene des Galens, die in das Torcular des Herophilii ihr Blut ergießet.

§. 55.

Die harte Hirnhaut ist eine Haut die dem Gehirn einen gar mannigfaltigen Nutzen darbietet. Ich will meine Betrachtung über die harte Hirnhaut bloß dahin einschränken, daß ich mich nur allein mit den Venen und Blutbehältern derselben beschäftigen will. Albinus hat uns eine vortrefliche Zeichnung von den Gefäßen der harten Hirnhaut gegeben; sie ist schön, aber sie ist das nicht was sie seyn könnte und sollte, sie stellt uns eine Menge von Gefäßen ohne Ursprung und Unterschied zwischen Arterien und Venen, dar. Ich habe daher die Ehre der Königlichcn Academie die harte Hirnhaut mit ihren Blutbehältern und mit ihren Venen ohne die mindeste Arterie abgezeichnet vorzulegen; ich hoffe, so wie sie die erste in ihrer Art ist, sie auch die schönste seyn werde. Ich habe diese Zeichnung nicht deswegen gegeben um damit zu paradiren; nein, sie soll uns hofentlich zu etwas wichtigers führen.


§. 56.

§. 56.

Dura mater duas habet superficies, vel quod adhuc melius est, laminas; externa ea est, quae ossa cranii respicit, et firmiter cum iis cohaeret; fungitur non tantum officio periostii ossium cranii, verum etiam in ea ambulant, maxima ex parte, omnes venae durae matris. Videmus hoc, si duram matrem feliciter injectam, ab ossibus cranii solvimus. Tres species venarum durae matris distinguere possumus. Illae, quae frequentissimae sunt, ex interna substantia ossium cranii propullulant, in majores venas colliguntur, et in externa superficie durae matris ita procedunt, ut tandem in sinus durae matris aperiantur. Secunda species venarum durae matris, componit singularem truncum, scilicet venam meningeam mediam, vel spinosam, qui postquam innumeris furculis, in superficie durae matris ortus fuit, pariter uti prima species, venas ossium cranii recipit, et postquam frequentissimas iniiit conjunctiones, cum ramis primae speciei, per foramen spinosum ossis sphaenoïdalis migrat, et jungitur cum plexu pterigoideo venoso. Tertia species venarum,

§. 56.

Die harte Hirnhaut hat zwey Flächen oder besser zwey Platten; die äußere ist diejenige die gegen die Knochen des Hirnschädels hingekehrt ist, und fast mit ihnen zusammen hängt; diese vertritt nicht allein die Stelle der innern Beinhaut der Knochen des Hirnschädels, sondern an dieser laufen auch größtentheils alle Venen der harten Hirnhaut. Man siehet diese, wenn man eine glücklich ausgespritzten harte Hirnhaut von den Knochen des Hirnschädels ablöset. Man kann überhaupt dreyerley Venen an der harten Hirnhaut unterscheiden. Die allerhäufigsten kommen aus der innern Substanz der Hirnschädelknochen heraus, sammeln sich in größere Venen an, und laufen an der äußern Fläche der harten Hirnhaut so fort, daß sie sich endlich in die Bluthälter der harten Hirnhaut eröffnen. Die zweyte Gattung der Venen der harten Hirnhaut, bilden einen ganz besondern Stamm, nemlich die große mittlere Blutader der harten Hirnhaut, der, nachdem er durch unendlich viele Aeste an der äußern Fläche der harten Hirnhaut entstanden, und eben so wie die erste Gattung, die Venen der Hirnschädelknochen aufnimmt, und sich außerordentlich häufig mit den Aesten der ersten Gattung verbunden hat, durch das Stachelloch des Keilbeins durch gehet und sich in das Blutadergewebe der Gaumenflügel erösaet. Die dritte Art der Venen der harten Hirnhaut gehören ihr selbst,



rum, durae matri propria est, hoc est, ejusmodi venae sunt, quae vel sanguinem ab arteria meningea, ad nutriendam duram matrem adductum, vel superfluum, vel ad nutriendum ineptum, recipiunt. Vel denique sunt venae resorbentes, quae ex interna superficie durae matris originem ducunt, et cum subtilissimis ramis primi et secundi generis venarum durae matris conjunguntur. Haecenus descriptas venas durae matris et earum elegantem atque mirificam distributionem prima sistit Tabula. Interna lamina seu superficies durae matris, polita est, et obteggit cerebrum. Haec nunc cerebro obversa facies, singulari modo procedit. Nonnullis in locis, lamina interna ab externa recedit, et efformat interstitium plerumque triangulare, quod in genere sinus appellatur. Quem vero, vel propter suam figuram, vel situm, peculiari nomine definiverunt, et inde denominationes ortae sunt, sinus falciformis major, seu superior, falciformis inferior, sinus transversalis, sinus petrosus superior, petrosus inferior, sinus cavernosus, sinus circularis Ridleyi, sinus occipitalis anterior, occipita-

selbst, das heißt, es sind entweder solche Venen, die das von der mittleren Schlagader der harten Hirnhaut zur Nahrung der harten Hirnhaut hingebachte überflüssige oder nicht taugliche Blut aufnehmen; oder es sind einsaugende Venen, die auf der innern Fläche der harten Hirnhaut entstehen und durch die allerfeinsten Aeste sich mit der ersten und zweyten Gattung der Venen der harten Hirnhaut verbinden: diese bisher beschriebene Venen der harten Hirnhaut und ihre ganz fürtreffliche und wunderbare Ausbreitungen, stellet sowohl die erste als zweyte Kupfertafel sehr schön dar. Die innere Platte oder Fläche der hintern Hirnhaut ist glatt, und bedeckt das Gehirn. In dem nun die innere Fläche sich nach dem Gehirn hinwendet, macht sie einen besondern Fortgang. An vielen Stellen weicht die innere Platte von der äußern ab, und bildet hiedurch mehrentheils einen dreyeckigten Zwischenraum, der überhaupt Sinus heißt, dem man aber entweder wegen seiner Gestalt oder wegen seiner besondern Lage, einen besondern Namen gegeben, und daher sind die Benennungen von den größern oder obern Blutbehälter des Sichelfortsatzes; des kleinen Sichelfortsatzes; des querliegenden Blutbehälters des Gehirns; des obern Blutbehälters des Steinknochens; des untern Blutbehälters des Steinknochens; des Blutbehälters der Höle neben dem türkischen Sattel; des ringförmigen Blutbehälters des Ridley; des vordern Blut-

pitalis posterior, sinus circularis foraminis magni occipitis. Omnes hi sinus durae matris exquisita gaudent firmitate, arctissimum inter se habent commercium et sanguinem fundunt in venas jugulares internas, per quas sanguis in cor refluit.

§. 57.

Sinus ergo durae matris, tanquam cavernulae singulares, in quas venae cerebrales internae suum ducunt sanguinem, sunt contemplandi. Lumina omnium venarum sunt omnino minora, quam receptaculum, in quod se effundunt: hinc secundum leges hydraulicas sequitur, venas cerebrales sine ullo impedimento hujus receptaculi suum sanguinem in sinus ducere posse, et propterea etiam natura sinus adeo firmavit, ut respectu amplitudinis immutabiles fierent.

§. 58.

Superius jam monui, omnem fere sanguinem ex sinibus in venas fluere jugulares; maxima cum consideratione dico fere omnem sanguinem, quia magna pars ex sinibus durae matris


Blutbehälters des Hinterkopfs; des hintern Blutbehälters des Hinterkopfs; des ringförmigen Blutbehälters des großen Loches des hintern Hauptbeins entstanden. Alle diese Blutbehälter der harten Hirnhaut sind von außerordentlicher Festigkeit; sie stehen größtentheils in einer genauen Verbindung untereinander, und übergeben ihr Blut denen beyden innern Drosseladern, durch welche dasselbe weiter ins Herz fließen kann.

§. 57.

Diese Blutbehälter der harten Hirnhaut sind es nun die wir als besondere Behältnisse anzusehen haben, in welche die innere Venen des Gehirns ihr Blut hinführen. Die Oefnungen aller Venen des Gehirns sind offenbar kleiner als das Behältniß in welches sie sich ergießen; hieraus folgt also nach hydraulischen Gesetzen, daß die Venen des Gehirns ganz frey ihr Blut in die Blutbehälter bringen können, ohne von dem weitem Behältniß daran gehindert zu werden; ja eben deswegen hat die Natur die Blutbehälter von so außerordentlicher Festigkeit gemacht, damit sie in Ansehung ihrer Weite unveränderlich seyn sollten.

§. 58.

Ich habe schon vorhin bemerkt, daß beynah alles Blut aus den Blutbehältern in die Drosseladern fließet. Ich sage mit großem Vorbedacht, beynah alles Blut, denn ein sehr ansehnlicher Theil fließet aus den Blutbehältern der harten Hirnhaut,



matris per singulares vias, Emissaria Santorini appellatas, in venas fluit externas capitis, et inde modo excellentissimo refluxum sanguinis ex sinibus versus cor faciliat. Haec emissaria sic dicta santoriniana, quaeque veteres Anatomici jam aliquantum noverant, non, ut merentur, sunt nota. Illustris Hallerus diligentissime quidem haec descripsit; nulla delineatione illorum autem data, omnia obscura mansere. Anno jam 1757 pollicitus sum, me haec emissaria Santorini accuratissime descripturum, delineationemque eorum adjuncturum esse. Promisso equidem meo non plenarie steti; attamen me tantum effecisse puto, quantum nemo majorum meorum praestitit. Haec, venae capitis, haec, vena oculi in epistola mea anatomica ad Hunterum data, haec, venae delineatae durae matris, quas hodie contemplandas propono, evincunt.

§. 59.

Plurimae harum venarum, vel emissariorum sic dictorum Santorini, per singularia foramina, et canales, attamen non constantes, ossium capitis gliscunt. Inconstantia horum, investigationem emissariorum difficil-

haut durch ganz besondere Wege, die man die santorinischen Blutadern (Emissarien) nennet, gleich in die äußere Venen des Kopfs und erleichtert auf eine ganz vortrefliche Weise den Rückfluß des Blutes aus den Blutbehältern nach dem Herzen. Diese sogenannte santorinische Blutadern, von welchen die alten Zergliederer schon etwas wußten, sind nicht so bekannt wie sie es verdienen. Haller hat sie noch am vollständigsten beschrieben; da er aber keine Abbildung derselben gegeben, so ist alles sehr dunkel geblieben. Ich habe schon im Jahr 1757 versprochen, ausführlich diese santorinische Blutadern zu beschreiben und eine Abbildung beyzufügen; ganz habe ich zwar mein Versprechen nicht erfüllet, unterdessen glaube ich doch so viel geleistet zu haben, als niemand vor mir gethan hat. Dieses beweisen die Venen des Kopfs in meinen anatomischen Wahrnehmungen, die Venen des Auges in meinem anatomischen Sendschreiben an den Herrn Hunter, und die abgebildeten Venen der harten Hirnhaut die ich heute vorzulegen die Ehre gehabt habe.

§. 59.

Die mehresten dieser Venen, oder die sogenannten santorinischen Blutadern, schleichen sich durch besondere Oefnungen und Canäle der Knochen des Kopfs durch, die aber nicht beständig da sind. Dieser Umstand erschweret die Untersuchung dieser santorinischen Blutadern ungemein.
Man


cillimam nobis reddit. Optime haec, in constantia, et in inconstantia, in majora et minora dividenda sunt. Venae oculi et durae matris, omnino nihil aliud, quam emissaria sunt; ducunt enim sanguinem suum ex sinibus durae matris in venas capitis externas. Venae oculi et durae matris autem etiam emissaria majora constantia sunt, quorum usus maximi est momenti, ut in sequentibus videbimus. Adfunt quidem nonnulla magna emissaria, e. g. illa, per canales offis bregmatis, juxta marginem superiorem, per canales mammillares offis temporum, et per canales condyloïdeos posteriores offis occipitis euntia, quae autem omnia respectu magnitudinis et numeri valde sunt inconstantia. Praeter haec nunc dicta emissaria, magna adest copia minorum et inconstantium venarum, plerumque per eosdem canales, fissuras et foramina, per quae nervi et arteriae migrant, repentium. Cum inconstantia emissaria, sive sint majora, sive minora, non ad nostrum scopum pertineant, in his perferutandis non amplius morabor, sed potius ad haec uberius describenda opportuniorem expectabo occasionem.

§. 60.

Man kann die Emissarien am süglichsten in beständige und unbeständige, und hiernächst in große und kleine eintheilen. Die Venen des Auges und der harten Hirnhaut, sind offenbar nichts anders als Emissarien; denn sie führen ihr Blut aus den Blutbehältern der harten Hirnhaut in die äußern Blutadern des Gehirns. Die Venen des Auges und der harten Hirnhaut sind aber auch gerade diejenigen, die die großen und beständigen Emissarien sind, deren Nutzen von großer Wichtigkeit ist, wie wir in der Folge sehen wollen. Es sind zwar noch einige Emissarien die sehr ansehnlich sind, z. B. diejenigen, die durch die Canäle des Scheitelbeins neben dem obern Rande gehen, die durch die Warzencanäle des Schläfenknochens laufen, oder die durch die hinter den Gelenkhügeln gelegene Canäle des Hinterhauptbeins gehen; allein sie sind sehr unbeständig sowohl in Ansehung ihrer Stärke als ihrer Anzahl. Außer diesen genannten Emissarien, giebt es eine Menge kleiner und unbeständiger Venen, die mehrentheils durch alle die kleinen Canälchens, Ritzen und Löcher sich mit durchschleichen, durch welche Nerven oder Arterien gehen. Da die unbeständigen santorinischen Blutadern, sie mögen groß oder klein seyn, nicht zu meinem jezigen Endzweck dienen, so will ich mich nicht weiter mit ihnen aufhalten, sondern zu ihrer weitläufigen Abhandlung eine bequemere Zeit abwarten.

L 2

§. 60.



§. 60.

Ex iis, quae ego nunc de venarum cerebralium divisione et natura dixi, facillime intelligendum est, quoniam res sit cum doloribus capitis, et quam certi praecursores apoplexiae esse queant. Ipsissima et certissima sedes locusque dolorum capitis non in sinibus sed in venis cerebri internis quaerenda est. Nam cum sinus durae matris suo insigni robore inmutabiles sint, illi semper in aequali statu, quaecumque sit accumulatio sanguinis, permanent. Cerebrales venae internae e contrario tenerrimae sunt, et unam tantum membranam eamque tenerrimam habent, et tela cellulosa hanc complectens subtilissima, est etiam causa, quare hae facillime dilatentur. Quod si porro cogitemus, quam cumulatissime hae venae per medullarem substantiam cerebri migrent, hancque medullam cerebri sensorium esse commune, tum facile intelligendum est, quomodo hae venae vehementissime dilatari, et tandem medullam cerebri premendo nobis sensationem doloris excitare possint, qui, quo major dilatatio

§. 60.

Aus dem was ich bishero von den Venen des Gehirns, von ihrer Eintheilung und Natur gesagt habe, läßt sich nunmehr leicht einsehen, was es mit den Kopfschmerzen für eine Bewandniß habe, und wie sie endlich die sichere Vorboten des Todes seyn werden. Der Sitz, der wahre Ort der Kopfschmerzen ist nicht in den Blutbehältern, sondern in den innern Venen des Gehirns zu suchen. Denn da die Blutbehälter der harten Hirnhaut durch ihre außerordentliche Stärke unveränderlich sind, so erhalten sie sich auch in einem immer gleich ausgehnten Zustande, so stark auch die Anhäufung des Blutes in ihnen seyn mag. Die innere Blutadern des Gehirns hingegen sind sehr zart, sie haben nur eine einzige sehr dünne Membran, und das Zellgewebe welches diese umgiebt ist von unendlicher Feinheit; dieses ist daher die Ursache, warum sie sich so sehr leicht ausdehnen lassen. Wenn man nun ferner bedenkt, wie diese Venen in so großer Anzahl durch die markigte Substanz des Gehirns durchgehen, und eben dieses Mark des Gehirns die innere Werkstatt oder der allgemeine Beurtheilungsort (sensorium commune) ist, so ist leicht zu begreifen, wie diese Venen, wenn sie auf eine ganz ungewöhnliche Art ausgehnet werden und folglich das Mark des Gehirns drücken, in uns die Idee des Schmerzens erregen können, der desto größer seyn muß, je stärker die Ausdeh-

tatio venarum, ergo etiam compressio medullae cerebri, eo fortior est.

§. 61.

Per se autem patet, quomodo dolores capitis oriri possint. Qui diu et cum ardore incumbit studiis, seu hoc fiat sola meditatione, seu in ipsa executione rei cujuslibet summo ardore suscipiendae atque peragenda, eos experitur. In toto corpore, et imprimis in facie talium hominum sudor erumpit, rubent, atque oculi micant. Porro ex usu potulentorum spirituosorum nascuntur dolores capitis; durante fervore febris et praecipue acutae, crudelissimis vehementissimisque cruciamur doloribus capitis. Verbo, dolores capitis oriuntur ex qualibet re sanguinem velocitate praeternaturali versus cerebrum urgente.

§. 62.

Contemplatio dolorum capitis optime nos ad rationi quam maxime conformem theoriam apoplexiae ducit. Primus modus, quo apoplexia oritur est hic: Venae durae matris continuo extensae tandem medullam cerebralem, et inde etiam originem nervorum, ita comprimunt, ut influxus fluidi nervii in cava nervorum fieri


dehnung der Venen; mithin auch die Pressung des Marks des Gehirns ist.

§. 61.

Es folgt aber von selbst, wodurch Kopfschmerzen entstehen können. Wer anhaltend und mit Eifer studiret, bekommt Kopfschmerzen, es bestehe nun solches im blossen Nachdenken, oder in wirklicher Ausübung einer mit großem Eifer unternommenen und ausgeübten Sache. Der Körper solcher Personen und vorzüglich das Gesicht wird mit Schweiß bedeckt, ganz roth und die Augen feurig. Auf den Genuß hiezigter Getränke erfolgen Kopfschmerzen. In der Hitze des Fiebers und besonders in hitzigen Fiebern, werden wir mit grausamen Kopfschmerzen gequälet. Mit einem Wort, Kopfschmerzen entstehen auf alles dasjenige, welches das Blut mit Hestigkeit nach dem Gehirn beweget.

§. 62.

Die Betrachtung der Kopfschmerzen führt uns geradezu auf eine vernünftige Theorie des Schlagflusses. Die erste Art wie ein Schlagfluß erfolgt, ist diese. Die beständig ausgedehnte Venen des Gehirns drücken endlich das Gehirnmark und folglich auch den Ursprung der Nerven so zusammen, daß der Einfluß des Nervensafts in die hohlen Nerven nicht mehr geschehen kann. Folglich hört Bewegung und Empfindung auf. Die



fieri nequeat, unde tandem motus et sensus cessant. Secundus modus hic est. Venae cerebri semper extensae permanent, huicque extensioni quamdiu queunt, resistunt; tandem autem dilacerantur; tum ex iis sanguis fluit, cerebrum premit, quo, ut in primo casu, sensus et motus cessant. Quod si vero cadavera hominum vera apoplexia mortuorum contemplabimur, videbimus plerumque venas plexus choroidei dilaceratas esse; quamobrem etiam ventriculi sanguine sunt repleti.

§. 63.

Ad omnia rite beneque intelligenda, apoplexiam in tardam et celerem aut subitam dividamus. Candidati mortis tardae apoplexiae, sunt primo senes venerabiles. Quo magis homo senescit, eo rigidiora fiunt solida, indeque etiam vasa sanguifera, quae, et quidem minutissima, praecipueque a corde remotissima, influxui sanguinis resistent; ideo motus sanguinis ad illum locum, ubi minima resistentia est, id est ad caput, fiet. Vasa ergo capitis sensim extenduntur, venaeque de die in diem plus accipiunt sanguinis, quo

zweyte Art ist diese. Die Venen des Gehirns werden, wenn sie beständig ausgedehnt erhalten werden, dieser Ausdehnung so lange widerstehen als sie können; endlich aber zerreißen sie, das Blut läuft aus ihnen heraus und fängt an das Gehirn zu drücken; hierauf erfolgt, wie in der ersten Art, das gänzliche Unvermögen zur Bewegung und Empfindung. Wenn man die Leichname solcher Personen untersucht die am eigentlichen Schlagfluß gestorben sind, so wird man finden, daß es mehrentheils die Venen des schwärzlichen Adergewebes sind, welche zerrissen sind; dahero sind auch alsdann die Gehirnhöhlen mit Blut angefüllt.

§. 63.

Um alles gehörig einsehen zu können, so wollen wir den Schlagfluß in den langsamen und geschwinden oder plötzlichen einteilen. Unter denen Personen die an einem langsamen Schlagfluß sterben, gehören zuerst die würdigen Alten. Je älter der Mensch wird, je steifer werden die festen Theile und folglich auch die Gefäße; sie widerstehen dahero dem Eintriebe des Blutes in die kleinsten Gefäße, besonders in diejenigen, die am weitesten vom Herzen entfernt sind; es geschieht dahero die Bewegung nach demjenigen Ort, wo der wenigste Widerstand ist, das heißt nach dem Kopf. Die Gefäße des Kopfs werden daher allmählig ausgedehnet, und die Venen bekom-

men

pedetentim ad comprimendum, et tandem ad dilacerandum praeparantur, et sic protinus senex inter vivos esse definit. Rosa itaque in genis senis florens, ignisque juvenilis in facie ejus ardens, nos nunc non amplius fallit, bene enim dicendum est, *latet anguis in herba*; quippe senex lampadi extinguendae, cujus lumen clarissima cum flamma evanescit, similis est. Hunc proxime excipiunt studii, scientiisque dediti, porro omnes gibbosi, brevi collo instructi, obesi, potatores, tandemque omnes vel aquam in pericardio, vel aliud vitium cordis habentes, ut supra in §. 6. docui.


§. 64.

In cerebro omnium tarda apoplexia necatorum hominum, post mortem semper sanguinem invenimus extravasatum. Apoplexia subita plerumque, et sine exceptione omnes aqua submersi, laqueo suspensi, gelu occisi, vaporibus mephiticis perempti, mente capti, vehementer furiosi, tandemque illi infelicissimi convolutionibus epilepticis oppressi, moriuntur. Quodsi cerebrum talium hominum post mortem investigamus, omnes

men mit jedem Tag immer mehr Blut; sie werden daher täglich zum Zusammendrücken und endlichen Zerreißen vorbereitet, und plötzlich verschwindet der Alte unter den Lebendigen. Nunmehr wird uns die blühende Rose, die auf der Wange des Alten blühet und das jugendliche Feuer, welches auf seiner Wange glühet, nicht mehr irre machen; *Anguis in herba latet*. Der Alte gleicht einer verlöschenden Lampe, deren Licht durch eine helle Flamme plötzlich verschwindet. Gleich nach dem Alten folgen die Gelehrten von Profession; endlich alle Bucklichte, rachitische Kinder, die kurzhälfigen, die sehr fetten Menschen, die Säuser, und endlich diejenigen die entweder Wasser im Herzbeutel oder sonst irgend einen Fehler im Herzen selbst haben, wie ich dieses oben §. 6. gewiesen habe.

§. 64.

In allen diesen Arten von Menschen die am langsamen Schlagfluß sterben, findet man nach ihrem Tode mehrentheils ausgetretenes Blut in den Hölen des Gehirns. Am plötzlichen Schlagfluß sterben mehrentheils fast ohne alle Ausnahme: die Ertrunkenen, Erhängten, Erfrorenen, durch schädliche Dämpfe Ersticken, viele der am Verstande gestörten, und dabey heftig rasenden, diejenigen unglücklichen Menschen die in epileptischen Zuckungen sterben. Wenn man nach dem Tode das Gehirn solcher Leute untersucht, so sind alle Venen des Gehirns



nes venas cerebrales usque ad crepaturam sanguine repletas, et si substantia cerebri medullaris diffecatur, ex venis sectis sanguis profluit, in ipsis ventriculis cerebri autem nihil sanguinis extravasati, inveniemus.

§. 65.

Hactenus non nisi res terribiles prae oculis habuimus, quas nunc eo jucundiores reddere studeamus, ut remedia contra haec genera mortis infervientia, proferamus, quae non profunde excogitata, pretiosa, et difficulter acquirenda, minime; sint tantum domestica. Stricta diaeta, hirudines, et venae sectio, omnis est defensio ad nos diu contra apoplexiam tuendos, quae verò propter suam simplicitatem a Medicis non factis aestimantur. Bona diaeta in evitacione omnium rerum, sanguinem ad caput violenter ducentium, consistit. Hirudines sunt animalcula proficua, quae apoplecticos allevant, et eorum vitam in multos annos producere queunt. Homines apoplectici, ut jam vidimus, venas cerebri habent valde dilatatas; quodnam igitur remedium extensioni venarum resistens

Gehirns bis zum Aussersten mit Blut angefüllt, und schneidet man die marfige Substanz des Gehirns durch, so quillt das Blut durch die zerschnittenen Venen heraus. Ausgetretenes Blut aber wird man in den Hölen des Gehirns nie finden.

§. 65.

Bisher haben wir fast nichts anders als fürchterliche Aussichten vor uns gehabt, die wir aber dadurch etwas angenehmer machen wollen, daß wir uns auch Bewahrungsmittel gegen diese Todesart vorhalten wollen, die nicht in tief ausstudirten, kostbaren und schwer zu habenden Dingen bestehen sollen. Mein, sie sind so gut wie Hausmittel. Eine regelmäßige Lebensart, Blutigel und Aderlässe ist alles was wir nöthig haben, uns eine ziemliche lange Zeit gegen den Schlagfluß zu vertheidigen, und die eben deswegen weil sie so einfach sind, von vielen Aerzten nicht genugsam geachtet werden. Die regelmäßige Lebensart bestehet bloß darin, man vermeide alles dasjenige, was das Blut mit Hestigkeit nach dem Kopf hintreiben kann. Blutigel sind wohlthätige Thierchen, die den Schlagflüßigen viel Erleichterung verschaffen und das Leben auf viele Jahre verlängern können. Schlagflüßige Menschen haben, wie wir gesehen, sehr erweiterte Venen des Gehirns. Welches Arzeneymittel ist fähig diese Ausdehnung der Venen zu heben? Dies

stens adhibendum est? Certe nihil aliud, quam talis diminutio copiae sanguinis, systema venosum replentis, ut eo venae internae capitis non solum a sanguine liberentur, sed etiam tanquam canales elastici se aliquantum contrahere queant.


§. 66.

Perinde ergo non erit, quamnam fecemus venam, sed quo propius fonti appropinquamus, eo erit venae sectio efficacior. Quod si ergo apoplecticis loco sectionis venae pedis vel brachii, venam secabimus jugularem, tum illa centies erit fortior et certior. Maximum autem usum adfert applicatio sanguifugarum; pro majori aut minori copia sanguinis in angulis oculorum, tres, vel quatuor, de tempore ad tempus, quotannis bis vel ter applicandae sunt. Nobis tantum ad venas in angulis oculorum positas attendendum est, et videbimus mox, illas omnium venarum capitis brevissime certissimeque sanguinem ex sinibus durae matris elicere. Quamobrem, ut persuasum mihi est, pauciores homines apoplexia opprimerentur et tam mature et subito extinguerentur, si cognitio venarum capitis

Dieses kann nur allein dadurch erhalten werden, wenn man die Menge des Bluts in den Venen des Kopfs so vermindert, daß nicht allein die innere Venen von ihrem Blut befreuet werden, sondern auch die Freyheit erhalten, sich als elastische Canäle etwas zusammen zu ziehen.

§. 66.

Es kann daher wohl nicht einerley seyn, welche Venen geöfnet werden. Je näher wir der Quelle kommen, je größer wird die Wirkung seyn. Würde man daher in schlagflüssigen Personen, statt eine Vene am Fuß oder am Arm zu öfnen, Blut aus der Drosselader laufen lassen, so würde die Wirkung hundertmal größer und sicherer seyn. Von ungleich größerem Nutzen ist die Anwendung der Blutigel. Nach dem Maaß der mehrern oder wenigern Vollblütigkeit, müssen an den Winkeln der Augen 3 bis 4 Stück Blutigel von Zeit zu Zeit, jährlich 2 bis 3 mal, angesetzet werden. Man hat nur nöthig auf die Venen Achtung zu geben die an den Winkeln der Augen liegen; sie sind gerade diejenigen von allen Venen des Kopfs die auf den aller kürzesten und leichtesten Weg, das Blut aus den Blutbehältern der harten Hirnhaut heraus schaffen können. Ich bin daher überzeugt, es würden weniger Menschen, vom Schlagfluß getroffen, so frühzeitig und plötzlich dahin fallen, wenn mehrern Aerzten und Wundärzten die Venen des



pitis pluribus Medicis et Chirurgis major esset. Etiam in ipsis febribus inflammatoriis et acutis, si loco venae sectionis in brachio, sanguifugas oculis applicaremus, tantum sanguinis, quam necesse et utile est elicere, et tandem quoties ad hominem apoplexia adfectum vocaremur, illud pretiosum tempus, per sectionem venae brachialis non dimitteremus, et imprimis nonnullis signis vitae inventis, ad majorem excitandam irritationem infelici non emetica medicamenta propinarem. Nam eo ipso non adjuvamus, sed jugulamus.

Kopfs besser bekannt wären. Man würde selbst in hitzigen Fiebern, statt Blut aus den Venen des Armes laufen zu lassen, Blutigel an die Augen setzen und dadurch so viel Blut aus dem Kopf heraus führen, als es nöthig und nützlich ist. Man würde so oft man zu einem vom Schlagfluß getroffenen Menschen gerufen würde, die kostbare Zeit damit nicht so unnütz verderben, daß man eine Ader am Arm öfnet; man würde sich hüten, bey einigen noch vorhandenen Kennzeichen des Lebens zur Erweckung eines stärkern Reizens, dem Unglücklichen Brechmittel zu reichen; denn gerade dadurch, statt zu helfen, tödtet man plötzlich.





S. B. G. Hopffer ad nat. del. 1740 J. H. Kael sc.

EXPLICATIO TABULARUM
DE
APOPLEXIA.

Tabula prima sistit concavam faciem Cranii infantis quinque circiter annorum, cui adhaeret dura mater venis materia ceracea subtilissima felicissime repletis.

Propter elegantiam figurae paucas ad-
jiciendas esse litteras putavi.

a. a. a. Processus falciformis major durae
matris.

b. b. b. b. b. Trunci venarum cerebri inter-
narum in sinum falciformem inserti.

c. Truncus venae meningae mediae seu
spinosae.

Reliqui rami quos figura monstrat,
sunt venae durae matris quae partim san-
guinem ex sinu falciformi hauriunt, par-
tim sanguinem ex ossibus Cranii revehunt,
vel denique sunt venae bibulae seu resor-
bentes durae matris.

Tabula secunda explanat basin Cranii
ejusdem infantis, dura matre obductam,
in qua sinus et venae ejusdem bene repleti
apparent.

a. Pro-

Erklärung der Tafeln
vom
Schlagfluß.

Die erste Tafel stellt die hohle Fläche der
Hirnschädel vor, an welche die harte
Hirnhaut sehr genau befestigt ist, von ei-
nem Kinde ungefehr von fünf Jahren. Die
harte Hirnhaut zeigt sehr viele Venen die
mit einer sehr feinen Wachsmaterie glück-
lich angefüllt sind.

Wegen der äußersten Schönheit der
abgebildeten Theile, habe ich nur wenige
Buchstaben besetzen wollen.

a. a. a. Der große sichelförmige Fortsatz der
harten Hirnhaut.

b. b. b. b. b. Die Stämme der innern
Venen, welche sich in den großen sichel-
förmigen Blutbehälter eröffnen.


c. Der Stamm der mittlern Blutader der
harten Hirnhaut.

Die übrigen abgebildeten Nester sind
die Venen der harten Hirnhaut, welche
theils das Blut aus dem großen sichelför-
migen Blutbehälter aufnehmen, theils
das Blut aus den Knochen der Hirn-
schädel zurückführen, oder endlich es sind
die einsaugenden Venen der harten Hirn-
haut.

Die zweyte Tafel stellt die Grund-
fläche der Hirnschädel vor von eben demsel-
ben Kinde. Die Grundfläche der Hirn-
schädel ist mit der harten Hirnhaut bedeckt,
in welcher die Venen und Blutbehälter
sehr glücklich angefüllt zu sehen sind.

M 2

a. Der



- a. Processus falciformis major.
 b. b. b. b. Tentorium cerebri.
 c. Processus falciformis minor seu cerebelli.
 d. d. d. Sinus transversalis.
 f. f. f. Sinus circularis Ridleji.
 g. Sinus cavernosus sinister.

h. h. Sinus petrosi superiores.

i. i. Sinus petrosi inferiores.

k. k. Sinus occipitales anteriores.

l. l. Sinus occipitales posteriores.

m. m. Sinus foraminis magni ossis occipitis.

n. n. n. n. Trunci venarum cerebri internarum in sinus transversos inserti.

o. o. Truncus venae meningae seu spinosae.

Numerosi reliqui rami venosi sunt, ut in prima Tabula, illae venae, vel resorbentes, vel venae ossium cranii, vel venae in truncum venae spinosae insertae.


- a. Der große sichelförmige Fortsatz.
 b. b. b. b. Das Zelt des Gehirns.
 c. Der kleine sichelförmige Fortsatz.
 d. d. d. Der quer gelegene Blutbehälter.
 f. f. f. Des Rüdley runder Blutbehälter.
 g. Der linke Blutbehälter der Höle neben dem türkischen Sattel.
 h. h. Die obern Blutbehälter des Steinsknochens.
 i. i. Die untern Blutbehälter des Steinsknochens.
 k. k. Die vordern Blutbehälter des Hinterkopfs.
 l. l. Die hintern Blutbehälter des Hinterkopfs.
 m. m. Der ringförmige Blutbehälter der großen Oefnung des Hinterhauptsknochens.
 n. n. n. n. Die Stämme der innern Venen des Gehirns, welche sich in die quer gelegenen Blutbehälter eröffnen.
 o. o. Der Stamm der mittlern großen Blutader.

Die übrigen sehr zahlreichen Aeste sind, so wie auf der ersten Platte, entweder die einsaugenden Venen der harten Hirnhaut, oder es sind die Venen der Knochen der Hirnschädel, oder es sind die Venen die sich in den Stamm der mittlern großen Blutader eröffnen.



I. G. WALTER

DE APOPLEXIA TAB. II.



S. B. G. Hojfer ad nat. del. 1700. S. H. Meil. sc.

